



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, 1627**

Cap. XI. Ministerio Fratrum applicitus à Virgine Matre instruitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

orphano tu eris adiutor. Et iterum:  
Ego autem mendicus sum & pauper: Psalm. 39.  
Dominus sollicitus est mei.

## C A P V T X I.

*Ministerio Fratrum applicitus à Virgine  
Matre instruitur.*

VERVM vbi, post profectum scien-  
tiæ & morum , puer Domini à  
Frisia ad propriam Ecclesiam est re-  
uersus ; ad seruiendum Fratribus in  
Refectorio cum Fratre alio , se maio-  
re, est aliquando deputatus : quod of-  
ficium licet deuotus impleret ; trista-  
batur tamen non modicum , quòd  
præ corporali labore continuo non  
potuit consuetis & debitiss orationi-  
bus, lectioni ac contemplationi vaca-  
re. Doluit enim auferri à se partem  
optimam, quam iamdudum elegerat:  
videlicet , aut sedere ad pedes huma-  
nitatis tuæ, Domine I E S V, aut audire  
verbum tuum , quod & ore & exem-

C plis

plis nobis ministrare dignatus es ; aut  
Psalm. 54. assumptis alis columbę, cum illis qua-  
tuor animalibus , ad Diuinitatis tux  
Psalm. 33. faciem subuolare, gustareque & vide-  
re tuam, Domine, suavitatem : quam  
illi profecto perfectius percipere con-  
sueuerunt , qui actu fuerint minorati.  
Sensit hoc puer, qui iam in adolescen-  
tiæ processerat pubertatem : & ægtè à  
speciosæ Rachelis auellebatur am-  
plexu. Videns igitur Mater misericor-  
diæ, adoptatum sibi filium , pro cau-  
sis huiusmodi grauiter animo tabe-  
scentem; suam illi præsentiam exhibe-  
re curauit : & consueta illi suavitate  
blandita , quomodo se haberet, scisci-  
tata est. At ille, se competenter habere  
respondens , hoc vno se afferuit valdè  
grauari: quòd quotidianis grauatus la-  
boribus , orationibus consuetis vacare  
non posset ; & præcipue illis , quas se-  
cundùm Ordinis constituta deberet.  
Sentiens pia Mater, adolescentem ze-  
lum quidem bonum habere, sed non  
secun-

secundum scientiam; breui quidem,  
sed eximia illum sententia sic instru-  
xit: Scias, inquit, nullum maius debi- *Dei mater  
eum conso-  
latur &  
instituit.*  
tum te debere, quam ut in charitate  
seruias Fratribus tuis. Dixit; & fecit  
intelligere docibilem adolescentem,  
quod dixerat; ut depositâ timoris sar-  
cinâ, Fratribus de cetero cum securi-  
tate seruiret. Necessarium reor, mur-  
muratores in hoc præsenti sermonе  
moneri, qui ad omne officium sibi in-  
iunctum remurmurant & oblatrant;  
& cum conuenientes excusationes suę  
pigritiæ, & (quod periculosius est) in-  
obedientiæ inuenire non possunt, in  
iniunctis officiis sua se pretendunt de-  
uotione fraudari. Cuncta pænè Mo-  
nasteria talibus querimonij sunt re-  
pleta: in tantum ut vita Prælatorum  
(quibus incumbit de singulis officijs  
ordinare) per tales ad amaritudinem  
perducatur. Audiant, vtinam, vtinam  
& exaudiant, Matris Domini I E S V  
plenum auctoritate responsum: nul-

C 2              lum

lum magis debitum se debere, quam  
Fratribus cum charitate seruire. Sciāt  
etiam, tale seruitum debito sibi præ-  
mio minimè caritatum; cùm seruo-  
rum bonorum, fidelium, & non pi-  
grorum, remunerator aduenerit Chri-  
stus I E S V S, qui seruum pigrum, à  
bono torpentem opere, pro sola pigri-  
tia condemnabit.

Timeas, ô Frater,  
quicumque\*, piger te serui, & talen-  
tum sibi creditum nolentis expende-  
re, sententia condemnandum; si cor  
ad meditandum, linguam ad corri-  
gendum, vocem ad cantandum ala-  
criter & legendum, manus ad operan-  
dum, pedes ad ambulandum, in in-  
iunctis tibi officijs nolueris exercere:  
semper habens in mente, talentum  
esse Domini tibi creditum; quidquid  
in omnibus animæ viribus, quidquid  
in omnibus membris corporis, tibi  
à Domino, districto iudice, est col-  
latum.

\* Piger  
(aut talis)  
es; deesse  
videtur.

CA-